UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CLXXXIIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96504

Visual Library

SVMMAE.

1 Tutorio, ſeu curatorio nomine ut quid factum dicatur, quid requiratur. Et quando etiam cenſeatur. nu. 3.
2 Tutor ſimpliciter ſuo nomine contrahens ſuper re ad ipſum, & ad pupillum pariter pertinente cenſetur nomine ſuo proprio tantum, & non tutorio contraxiſſe, & multo magis ſuper re ad ipſum ſolum pertinente.
3 Repetitio qualitatis præcedentis non fit, quando militat diuerſa ratio.
4 Qualitas adiecta principali quando in acceſſorio repetita non dicatur.
5 Contractus innominatus, promitto facere, ut facias, dicitur continens promiſſionem faciendi aliquid ad fauorem tertij, ut ille tertius aliquid faciat ad fauorem tam tertij facientis, quàm ipſius principaliter promittentis.
6 Pœnitentiæ quando ſit locus, & quando non in contractu innominato reſultante ex contractu nominato etiam in præiudicium tertij nominati, & iuris ſibi ex illo contractu quæſiti, uſque ad num. 9.
7 Et an ſufficiat pœnitētia, & reuocatio tacite per actum contrariū.
8 Donatio cauſa mortis, & ob cauſam eſt reuocabilis etiam interueniente ſtipulatione.
9 Tertio adiecto, cui ex pacto in contractu appoſito ius aliquod eſt acquirendum, quando, & quomodo ius illud acquiratur.
Et an ſit reuocabile, uel irreuocabile, & nu. 10.
Et quid ſi ille tertius eßet pia cauſa, nu. 11.
12 Dotis, & matrimonij fauore tertio adiecto per pactum in contractu appoſitum ius irreuocabile acquiritur.

EPITOME.

Ex pacto in promiſſione dotis facta mulieri appoſito, quod ipſa, & maritus ſuus teneantur poſt mortem ipſius promittentis continuè in eius domo ſtare, & habitare, non eſſe dictis coniugibus ius aliquod ſaltem irreuocabiliter acquiſitum, & in eo pœnitentię, ac reuocationi etiam tacitæ locum fuiſſe, hic probatur.

CASVS CONSILII.

VINCENTIVS à Currubus tutor, & tutorio nomine Magdalenæ ſponſæ Michaelis Angeli filij Vincentij Buratelli dare promiſit dicto Vincentio ſtipulanti, & acceptanti pro dotibus dictæ Magdalenæ dotes ei à patre in teſtamento relictas pro matrimonio inter præfatos Michaelemangelum, & Magdalenam contrahendo, cum hoc pacto, quod ipſe Vincentius à Currubus tutor, dum uixerit, eſſet, & eſſe deberet dominus, patronus, & adminiſtrator bonorum, & hæreditatis patris dictæ Magdalenæ, nec teneretur finita tutela reddere aliquam rationē adminiſtrationis bonorū prædictorū, & tutelæ. Item cū pacto, quod quando dicti Michaelangelus, & Magdalena matrimonium conſumabunt, tunc dictus Vincētius teneatur, & obligatus ſit, & ita promiſit, ipſos Michaelemangelum, & Magdalenā tenere in domo habitationis ſuæ, & ipſi Micahelangelus, & Magdalena teneantur poſt mortem dicti Vincentij à Currubus continuè ſtare, & habitare in dicta eius domo ad hoc, ut hoſtium illius ſtet apertum, ueluti de his promiſsis, & pactis apparet publicum inſtrumentum, in quo plura alia etiam hinc inde fuerunt conuenta, & promiſſa cum clauſulis prægnātibus, & omnia per modum ſtipulationis, & cum iuramento, & obligatione bonorum, & alijs in dicto inſtrumento contentis. Quibus ita ſe habentibus, dubitatur, nunc, an Michaelangelus, et Magdalena poſt mortem dicti Vincentij à Currubus poßint cōtra hæredes illius agere ad tradendum, & exgomberandum domum prædictam, illiſq; claues eius tradendum, ut ualeant continuè in ea ſtare, & habitare, prout in eorum libello petitum, & narratum fuit.

CONSILIVM CLXXXIIII.

CONCLVDENDVM eſſet abſque dubio in ꝓpoſita facti ſpecie, Michaelemangelum, & Magdalenam coniuges non poſſe agere contra hęredes Vincentij à Currubus ad exgomberādum domum, illamq;, & claues illius ipſis tradendum, prout egerūt, & petierūt, præſupponendo, ꝙ dictus Vincētius tanquam tutor, & tutorio nomine omnia ſupra in themate propoſito narrata fecerit, & promiſerit, per ea, quæ poſuit alius Excellentiſſimus dominus cōſultor, cuius dicta non repeto. Sed & idem dicendum, & concludendū eſſe arbitror, ēt præſupponendo, ꝙ Vincentius pactū ſuper habitatione domus fecerit nō ut tutor, nec tutorio noīe, ſed ꝓprio iure, & noīe, qa ſi rectè contēta in dicto inſtrumento inſpiciantur, ipſe Vincētius cōueniendo ſuper habitatione domus ſuæ, illud pactū, & contenta in eo non fecit ut tutor, & tutorio nomi-
1 ne, ſed proprio, primo quia † pactum illud fuit ab eo factum ſimpliciter, exprimendo ſolum nomen ſuum proprium, ergo non tutorio, ſed proprio nomine feciſſe cenſeri dēt per ea, quæ uoluit Bar. & alij ſequuntur in l. 1. §. nunciatio. ff. de noui operis nunciatio. vbi ad hoc, ut quid dicatur factum tanquam à curatore, ſeu tutore curatorio, & tutorio nomine, requiritur, ꝙ hoc exprimatur, uel ſaltem fiat ſub nomine appellatiuo ēt tutoris, uel curatoris, ut ibi per Bartolū, qui bona iura, & rationes allegat. Cum ergo in caſu noſtro Vincentius fecerit hoc pactum, & in eo contenta nō ſub nomine appellatiuo tutoris, nec tutorio nomine ſed ſolum exprimendo nomen ſuum propriū, ſequi-
2 tur, ꝙ non fecit, ut tutor. Præterea † dictus Vincentius fecit illud pactum maximè in ea parte, ſuper qua aduerſarij ſe fundant ad petendam habitationem continuam domus, poſt mortē Vincentij, & ſic eo tempore, quo ipſe tutor eſſe deſijt, in re, & ſuper re, ſeu negotio non pertinente ad pupillā ſuam, ſed ſuper re propria, & ad ipſum ut Vincentiū, & non ut tutorē pertinente, ergo debet intelligi factum fuiſſe ſuo proprio nomine, & non tutorio, nam ſi eo caſu, quo tutor ſimpliciter ſuo nomine contraxit ſuper re ad ipſum, & ad pupillum pariter pertinente, cenſetur contraxiſſe nomine ſuo proprio tātum, & non tutorio, ut eſt text. in l. poſt mortem. §. 1. & ibi Bar. cum gl. ff. quādo ex fact. tuto. ergo à fortiori hoc dicendum erit, quādo tutor non ſub nomine appellatiuo, ſed ſub ſuo proprio nomine ſimpliciter ſuper re ad ipſum tantum pertinen-
3 te contraxit. Nec † illa uerba tutor, & tutorio nomine in principio appoſita ī promiſſione dotis, ac ēt in primo pacto de non reddendo rationem debent cenſeri repetita in ſequētibus, nec in pacto ſuper habitatione domus facto, quia nō eadem, ſed diuerſa ratio militat, nam promiſſio dotis non poterat dici facta, niſi tutorio nomine, cū eſſet facta de dote relicta à patre ipſi Magdalenæ, & ſic facta fuit ſuper re ad pupillā tātum ſpectante, arg. d. l. poſt mortem. §. 1. in 1. reſpon. & ibi Bar. & l. cū poſt. §. 1. ff. de admin. tut. & in dubio quis potius cēſetur dotaſſe nomine adminiſtratorio, quàm proprio. l. cū pater curator. ff. de iur. dot. Itē illud pactū factū primo loco, quo ſub nomine officij conuentū fuit, ꝙ Vincētius tutor, dū uixerit, eſſet dominus, & non teneretur reddere rōnē adminiſtrationis, dicitur factum ſuper re, & negotio ſpectante non ſolum ad ipſum Vincentiū, ſed ēt & magis ad ſuā pupillā, ergo ex hoc, ꝙ in tali pacto fuerit expreſſum nomen officii, & appellatiuū, non dēt illud nomen tutoris appellatiuū in pacto ſequenti, quod ſolū ſuper re

xx ad

ad ipſum Vincentium ſpectante factum fuit, dici repetitum, quia eſt diuerſa rō, & iō qualitatis præcedentis repetitio ceſſare dēt, arg. eorum, quæ uolunt Bart. & alij in l. talis ſcriptura. ff. de leg. 1. & Abb. & cæteri in c. ſecūdo requiris. extra de appel. & in c. eccleſia. in 6. notab. de elec. dū loquūtur de clauſula in principio, ſeu in fine poſita, an ad ſequentia, uel ad p̄cedentia referatur, & facit id, quod habetur in l. ſtipulatus. §. Griſogonus. & ibi Bar. ff. de uerb. oblig. & ad propoſitū eſt id, quod no. uoluit Aret. in l. 1. col. 4. ff. sol. ma-
4 trimo. dicens, ꝙ † qualitas in principali adiecta nō cēſetur repetita in eo, quod in conſequentiā, ſeu acceſſoriè uenit, quādo acceſſorium, & in conſequentiam ueniēs ad alium diuerſum finē tendit. At in caſu noſtro pactum ſuper habitatione factum, quod uenit acceſſoriè, & in cōſequētiā principalis obligationis iuxta ea, quę habentur in l. ſi pecuniā. & in l. fi. ff. de condict. ob cauſ. & in l. q Romæ. §. flauius. ff. de verb. obli. tendit ad diuerſum finem, & effectū, ut ex verbis inſtrumenti, & ex ſe apparet, ergo qualitas in principali expreſſa, & adiecta non dēt in conſequenti, & in acceſſorio cenſeri repetita. ¶ Et tenendo hoc, dico adhuc concludendum eſſe, ꝙ ex tali pacto, & contentis ī eo nullū ius fuit dictis Michaeliangelo, & Magdalenę acquiſitum circa habitationem domus de habitādo illam continuè poſt mortē Vincentij, uel ſi quod ius fuit acquiſitum, illud fuit acquiſitum reuocabiliter, & cum fuerit reuocatum, non potuerunt præfati agentes de iure agere, pro ut cōtra hęredes dicti Vin-
5 centij egerūt. Et præſuppono, ꝙ † in terminis noſtris habita relatione huius pacti, & aliorum ad cōtractū, & ad principalem promiſſionem, cēſetur celebratus quidam cōtractus innominatus, ſeu promiſſio innominata, uidelicet do, ſeu promitto dare, ut facias, ſeu facio, ut facias, & ſimiliter habita relatione huius pacti facti ſuper habitatione ad ſe ipſum, reſultare dicitur quidā contractus innominatus, uidelicet promitto facere, ut facias, ſeu quædā promiſſio faciendi ad fauorem tertij, ut ille tertius aliquid faciat tā ad fauorē ipſius tertij faciētis, q̃ ipſius principalis ꝓmittentis iuxta l. ſenatus. §. 1. in uer. nec dubitauere. ff. de dona. cau. mortis. ī l. ariſto. ī prī. ff. de don. & hr̄ ī l. ſi pnīam. ī prī. & ī l. fi. ff. de cōdic. ob cām. & in l. q Romæ. §. flauius. ff. de uerb. oblig. cū ſi. ibi allegatis, ubi plenè de hac materia tractatur. ¶ Quo præſuppoſito ſtāte modo prædicta concluſio confirmatur ex iis, quæ ſentit Bart. & declarat Soc. in d. l. qui Romæ. §. flauius. in 8. col. ff. de uerbo. obligat. in uerſi. ex quibus. qui uoluit,
6 ꝙ † quamuis inter contrahentes in contractibus nominatis, ac etiā in innominatis aliquibus caſibus nō detur pœnitentia contra illum, qui actionē hēt, & cui acquiritur actio ex ſuo contractu, ut habetur in d. l. ſi pecuniam. & in d. l. fi. cum ibi no. per gl. & Doct. & in d. l. ariſto. in prin. tamen quando ex contractu nominato, & ex pacto reſultat contractus innominatus, ex quo ius, ſeu actio acquiritur tertio ex benignitate, ut eſt tex. in l. quoties. C. de dona. quæ ſub modo. tūc habet locum pœnitentia in præiudicium illius tertij, & iuris acquiſiti ex illo contractu, ēt ſi de præiudicio eccleſiæ, & piæ cāæ ageretur, ut uoluit Bar. ī d. §. flauius. quem Doct. magis communiter ſequuntur, ueluti ēt dicit Soc. ibi in 4. concluſione, licet. n. hoc in caſu nō poſſit ille, qui donauit, vel promiſit, reuocare in præiudiciū illius, cui donauit, uel promiſit, ex eo, quod in contractibus nominatis, qui ēt ex pacto appoſito mixturā contractus innominati habent, nō eſt locus pœnitentię, per tex. in l. ſicut. C. de actio. & oblig. d. l. ariſto. in 2. reſponſo, vbi caſus, & habeť per Ioā. And. in addi. ad Spec. in tit. de īſtru. edit. §. nūc verò aliqua. in addit. incip. per ſuperiora. & per Bar. Salic. Pau. de Caſt. & alios in d. l. fi. ff. de cōd. ob cau. tamē ad p[illegible] diciū tertii, cui ex illo contractu innominato [illegible] te ex pacto habita relatione pacti ad contrac[illegible] eſt acquiſitū, locus eſt pœnitentię, quod ma[illegible] rū eſt, quando is, qui promiſit, vel donauit, & [illegible] cipaliter cōtrahens reuocauit ſecundū Bar. in d. §. [illegible] uius. qui ſenſit hæredem ſuū hoc iure reuoc[illegible] non poſſe, per tex. cū gl. in l. 3. ff. de ſeruit. [illegible] l. ſi ego. §. 1. ff. de iure dot. Sed ſecūdū Bal. [illegible] ro. C. de iur. dot. per d. l. ſi ego. §. 1. & ſecun[illegible] d. l. ſi pecuniā. in prin. per tex. in l. 1. iun[illegible] terim. §. ſi uxor. ff. de don. inter uir. & ux[illegible] que licitū eſt reuocare, ipſumq́; pœnit[illegible] ciū tertij, cui ius erat ex tali cōtractu in[illegible] ſultāte, ut ſupra, acquiſitū. Vnde cū in ca[illegible] ſis Michaeliāgelo, & Magdalenæ fuerit acq[illegible] habitandi in domo Vincentij promiſſoris [illegible] cto inter dictū Vincentium à currubus, & V[illegible] Buratellū, ex quo pacto habita relatione illius [illegible] tractū reſultat quidam cōtractus innomina[illegible]
7 tur, ꝙ † ipſis fuit acquiſitū ius reuocabiliter, q[illegible] tuit reuocari non ſolū expreſsè reuocando, ſed [illegible] tè per cōtrariū actū, & per contrariā diſpoſit[illegible] uoluit Bar. ī l. fi. ibiq́; Salic. in 3. col. ff. de cōd. [illegible] & Bar. in l. ſi cum fundū. ff. de pactis. & refert [illegible] tur Alex. in d. §. flauius. in 8. col. uer. item [illegible] tex. in l. hoc iure. §. ſi quis dederit. cū glo. in [illegible] tur. & ibi Io. de Imo. ff. de dona. Sed in caſu no[illegible] res dicti Vincentii à Currubus reuocauit ſaltē [illegible] denegando uelle cōcedere habitationē, [illegible] centius ēt ſaltē tacitè reuocauit legādo dom[illegible] bitationē d. Iacobæ, ueluti in ſuo teſtō appar[illegible] ligitur ex tex. no. in l. Seia. ff. de dot. p̄le. [illegible] cto, cui ius reuocabile fuerat ex contractu acq[illegible] fit præiudicium per diſpoſitionē contrari[illegible] ctam, uidelicet ſimpliciter diſponēdo, & [illegible] quendo, & facit l. ſi pluribus. ff. de leg. 1. [illegible] ceretur, ꝙ ex quo in contractu fuit appoſita [illegible] generalis, per quā oīa per ſtipulationē promiſ[illegible] uenta dicuntur, id, quod aliàs ſui natura erat reuoca-bile, efficitur irreuocabile, nec pōt per pœnit[illegible] li ēt ad p̄iudiciū tertii per ea, quæ voluit Pau. de Ca[illegible] in d. l. ſi pecuniā. & per alios in d. §. flauius. [illegible] contractus noīatus hēt mixturā contractus innomi-nati rōne pacti adiecti, operatur, ꝙ ꝯctus [illegible] natus reuocari nequeat, nec ī eo locus ſit pœnite[illegible] per tex. in d. l. ariſto. ueluti ēt volunt Bar. Sal. & [illegible] d. l. ſi pecuniā. & in d. l. fi. Rn̄detur primo p̄dicta [illegible] dere, & ita ſcrib. p̄fatos loqui, qn̄ ex pacto adiecto [illegible] ta contractū ius diceretur acquiſitū ex quadam [illegible] pura, & ſimplici donatione, nō aūt cā mortis [illegible]
8 cām. † Sed qn̄ principalis contrahēs p pactū [illegible] tractū adiectū voluiſſet ſaltē tacitè donare, [illegible] natus. §. 1. ff. de dona. cau. mor. nō ſimpliciter [illegible] viuos, ſed mortis cā, & ob cām, tunc talis do[illegible] acqſitio iuris facta tertio cēt reuocabilis, [illegible] locus cēt ad p̄iudiciū illius tertii, q̃uis ī ꝯtr[illegible] pacto illo ſtipulatio ſimpliciter eēt adiect[illegible] tis facta cēſeť, qn̄ de morte cēt facta mētio [illegible] effectus fuiſſet poſt mortē ꝓmittētis, & ꝯdictus [illegible] tus, veluti expreſsè ī caſu noſtro factū fuit, ut [illegible] uerbis inſtrumēti, & hoc optimè ꝓbat p tex. in d. l. [illegible] ff. de dote p̄leg. & ita in terminis p illū tex. voluit [illegible] ī d. §. flauius. in 9. col. in fine ſextæ cōcluſionis [illegible] p̄dictis ergo apparet, ꝙ dato ēt interueniſſe ſtipula[illegible] nē, et contractū nominatū cum cōtractu innomi[illegible] to, tn̄ locus fuit pœnitētię, et ius acquiſitū tertio [illegible] eſt Michaeliangelo, et Magdalenæ cōiugibus [illegible] uocabile tum rōne contractus innominati, tum [illegible] ꝯceſſio, et acqſitio iuris habitādi illis facta [illegible]

tionē, ſeu conceſſionem cauſa mortis, quæ ſui natu-
ra eſt reuocabilis etiam interueniente ſtipulatione ꝑ
d.l.Seia.& per totū ff.de dona.cau.mor. ut uoluit So-
ci.in d.§.flauius.in 9.col.in fi.d.6.concluſionis. ¶Præ
tereà alia ratione dicendū, nullum ius fuiſſe dictis
Michaeliangelo,& Magdalenæ acquiſitū poſt mortē
dicti Vincētij à Currubus, ut ipſi poſſint perpetuo in
dicta domo habitare, quãuis fortè eſſet illis acquiſitū
ius habitandi,& ſtandi in domo, q̄n uoluiſſent conſu
mare matrimonium,& feſtiuitatē nuptiarum facere,
iuxta l.ſancimus.C.de nup.quod tñ ita ſimpliciter nō
admitto,nec uerū eſſe credo,ſed cū non expediat, ſu
per hoc nō inſiſto.Et ꝙ dictis cōiugibus tertiis nomina
tis nullū ius habitationis in dicta domo fuerit acquiſi
9 tum, demōſtratur:nam†Docto.communiter,& ma-
ximè Soci.in d.§.flauius.in ultimo notabili, & in 5.cō
cluſione,verſ.ex quibus &c.volunt, ſpeciale eſſe fauo
re donationis,& exercētis liberalitatem, ꝙ ſi ipſe iux-
ta contractū ſuæ donationis principaliter factæ adij-
ciat pactum,per quod uoluerit ius in re donata debe
re alteri acquiri, ex illo pacto ius illi tertio acquirat̄,
ut eſt tex.not.in l.quoties.C.de dona.quæ ſub modo,
per quem dicūt hoc nouiter introduci contra ius an-
tiquum fauore donationis, & exercentis liberalitatē:
nam Vincentius à Currubus principaliter non dona-
uit,ſed ipſe ut tutor & tutorio nomine,& ſic non ex li
beralitate ſua promiſit dare dotem Magdalenæ reli-
ctā ſibi à patre ſuo in teſtamento,cū ergo ceſſet fauor
donationis, ceſſare ēt hoc debet, ꝙ ex tali pacto poſ-
ſit ius aliquod illis adiectis acquiri. Rurſus Doct.in d.
l.quoties per illū tex. & in d. §.flauius. loquuntur, q̄n
pactum adiectū fuerat circa eandē rem principaliter
donatā, ut ea tertio poſt certum tēpus acquireretur,
nos uero loquimur, q̄n cōtractus principalis eſſet cir-
ca unum, & pactū eſſet circa aliud penitus diuerſum.
Vnde cū illa diſpoſitio d.l. quoties. ſuper qua eſt fun-
data hæc opinio, ſit exorbitās, & ꝯ̃ regulas iuris, ut p̄-
ſupponunt Doct.& Soci.in locis præallegatis, ea non
debet extendi ad aliū caſum penitus diuerſum, & ha-
bentē rationē diſſimilē.l.ius ſingulare. ff. de legibus.
c.quæ à iure.de reg.iur.in 6.l.ſi uerò.§.de uiro.ff.ſolu.
ma.& habetur in c. cum dilecta. de confir. utili, uel
inutili. ¶Adde, ꝙ tex.in d.l.quoties. & Docto.omnes
in d.§.flauius.cum ſim.quando loquuntur de hac ma
teria,& præſupponunt, ꝙ ex pacto adiecto iuxta con-
tractū poſſit tertio acquiri ius uel reuocabile, uel irre
uocabile, loquuntur, & ita intelligunt procedere, q̄n
uerba pacti exequutiua, obligatiua, ſiue promiſſiua
ſecundū ipſum tertium relata, ut quia is, qui promiſit,
uoluerit ꝑ uerba pacti exequutiua, obligatiua, & pro-
miſſiua, ꝙ illi tertio ius acquireretur, puta dicendo,
promitto, uel cū hoc pacto, ꝙ tale quid acquirat̄ Ti-
tio adiecto, uel per ſimilia uerba. Et hoc aliter nō po-
teſt intelligi, ſi à ueris terminis iuris recedere noli-
mus. Sed in caſu noſtro reſpectu habitationis perpe-
tuæ poſt mortē dicti Vincentij non fuit dictum, nec
cōuentum, nec promiſſum, ꝙ ipſis Michaeliangelo,
& Magdalenæ poſt mortem dicti Vincentij debeatur
habitatio, ſeu ius aliquod in dicta domo acquiratur,
& ſic uerba exequutiua promiſſionis, & obligatiouis
actiuè non fuerunt relata ad illos adiectos, immò ècō
uerſo verba obligatoria paſſiuè, ꝑ quæ quis potius dr̄
obligari. c. quā ſibi acquirere. fuerunt relata ad illos
adiectos, uidelicet ꝙ poſt mortē Vincentij dictus Mi
chaelangelus,& Magdalena teneātur, & obligati ſint
habitare,& ſtare in domo prædicta, ergo concluden-
dum eſt, ꝙ ex uerbis ſupradictis nullū ius actiuè dicat̄
acquiſitū dictis Michaeliangelo, & Magdalenæ circa
perpetuam habitationē domus poſt mortē dicti Vin
centij, ex quo uerba pacti exequutiua obligatoria acti
uè non fuerunt ad eos relata, ſed paſſiuè, videlicet, ꝙ
ipſi teneantur, & obligati ſint, quæ uerba de ſui natu-
ra,& ſignificatione important, ꝙ ille, ad quē referun-
tur, obligetur alteri, & ex illis nullū ius ipſi, ſed alteri
ius contra ipſum acquiratur. argumento eorum, quę
habentur in l.1.in prin.ff.de uerb.obl.l.ſtipulatio iſta.
§.ſi ſtipuler.cū ibi not.per Bar.& in l.ſciendū. §.dictū.
ff.de ædil.edic.cum ſi.& hoc eſt notiſſimū: ex quibus
apparet, præfatos Michaelemangelū, & Magdalenā
agentes tāquā ſine actione experientes fore à limine
iudicij excludendos iuxta l.ſed ſi ego. in fi. cū ibi not.
per gl.ff.de neg.geſt.& Bart.in l.ita ſtipulatus. la gran
10 de.in 9.col.ff.de uerb.ob.¶Accedat ēt ad p̄dicta, †nā
ſpeciale eſt fauore dotis, ac ēt matrimonii, ne mulier
remaneat indotata, ꝙ per pactum adiecto appoſitum
acquiratur ius irreuocabile.l.ſi ego.in princ. & §.1.ff.
de iure dot.l.qđ ſeruius.ff.de cōd.ob cau. Bar.Paul.de
Caſt.& oēs in d.l.ſi pecuniā. & in d.l.qui romæ. §. fla-
uius. Sed in caſu noſtro reſpectu habitationis perpe-
tuæ poſt mortē Vincentij non uertitur aliquis fauor
matrimonij contrahendi, nec fauor dotis, cum iam
matrimonium ſit inter eos contractum, & conſuma
tū, neq; ex eo, ꝙ in dicta domo nō habitarēt, Magda-
lena remaneret indotata, ergo ex tali pacto, ſeu ex il-
lis uerbis non poteſt dici aliquod ius illis irreuocabi-
liter acquiſitū, quod enim eſt ſpeciale in quibuſdā ca
ſibus, non debet ad alios generaliter trahi. d.l.ius ſin-
gulare. ff.de legibus. cum ſi. & ſi quod ius poſſet dici
illis acquiſitū, nō tñ irreuocabiliter per prædicta, ſed
11 dicendū eſt nullo pacto fuiſſe eis ius aliquod acquiſi-
tū, ut ſupra dixi. Et †ut eſt de mente Bart.& omnium,
qui eum ſequūtur, ac ēt Areti.in d.§.flauius.& ibi So-
ci.in 4.concluſione.& Roma.in repet.auth.ſimiliter.
C.ad l.Falci.in 18.priuilegio, in ꝯ̃ctibus etiā q̄n ex pa-
cto appoſito iuxta ꝯ̃ctū, & ſic ex ꝯ̃ctu innominato ac
quiritur ius piæ cauſæ tertio loco adiectę, illud ius eſt
reuocabile,& tolli poteſt per pœnitētiam, qm̄ in cau
ſa libertatis, quæ eſt pia cauſa, & fauorabilis, locus eſt
pœnitentiæ in caſu iſto,& ſolum ſpeciale eſt in ea, ut
hæres non poſſit reuocare,& uti pœnitētia, ut eſt tex.
in l.3.ff.de ſeruis exportan.cum ſi.allega. per Soci. in
d.§.flauius.in 4.concluſione. à fortiori igitur hoc di-
cendū eſt in cauſis non pijs, nec fauorabilibus. auth.
multo magis.C.de ſacroſ. eccle.& C. de epiſcopis, &
cle.& ex his ultra alia in hac cauſa per alios ſcripta cō
cluſionē ſupra traditā ſequor, ꝙ præfatis Michaelian
gelo, & Magdalenæ nullū ius fuit acquiſitū in domo
dicti Vincentij reſpectu habitationis perpetuæ poſt
mortē Vincentij,& ideò ipſis non cōpetit ius agēdi ꝯ̃
hæredes illius: & poſito, ꝙ ius aliquod fuerit eis ac-
quiſitum, illud fuit reuocabiliter acquiſitū,& tolli po
tuit per pœnitentiam expreſsè, uel tacitè, prout reuo
catum fuit, ueluti ſupra eſt declaratum. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Alimenta extra domum preſtare debentis quando non ſint præſtanda, nec petenda. & nu.3.7. & per totum conſilium.*
2 *Et quando ſecus. & nu.4.*
3 *Reprobari non poteſt id, quod prius fuit cū iuramento approbatū.*
Alimenta præterita quando non debeantur.
5 *Alimentarius quas operas in domo præbentis alimenta præſtare teneatur.*
6 *Alimēta promiſſa, ſeu debita, quæ, & cuius qualitatis debeātur.*
8 *Verba ſecundum, & prout, ſunt reſtrictiua, & limitatiua.*
9 *Repetitio qualitatis, & prius dicti quando per copulam, & facta cenſeatur.*

EPITOME.

Alimenta eſſe præſtanda in domo debentis illa præſtare,& extra eius domum non poſſe peti in caſu huius conſilij oſtenditur.